

Band I., Nr. 121, Seite 141-143

König Ludwig (der Deutsche) genehmigt die Beilegung der vieljährigen Streitigkeiten zwischen dem Stifte St. Gallen und dem Bisthum Konstanz vermittelt einer Güterabtretung von Seiten des erstern an letzteres.

Ulm, 854. Juli 22.

In nomine sanctę et individue trinitatis. Hludovicvs divina favente gratia rex. Si loca deo dedicata fideliter procuramus et virorum venerabilium petitionibus acquiescimus, non regiam solum exercemus benivolentiam, sed etiam ęternam beatitudinem inde promereri confidimus. Quapropter comperiat utilitas atque industria omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet et futurorum: quia viri venerabiles, Grimaldus archicapellanus noster et abba monasterii sancti Galli confessoris Christi, et Salomon Constantiensis ęclesię episcopus, nostre innotuerunt mansuetudini, quod inter episcopos praedictę urbis, et inter abbates praefati monasterii, temporibus atavi nostri Pippini, atque avi nostri Karoli, nec non beatę memorię Hludouici serenissimi augusti et genitoris nostri, semper dissensio et discordia esset, quia praefatę civitatis episcopi praescriptum monasterium ad partem episcopatus vindicare voluerunt, eidem rationi monachi cum propriis abbatibus resistentes ad avum atque genitorem nostrum se reclamaverunt. Unde divę memorię Karolus avus noster, et Hludouicus praestantissimus imperator et genitor noster, propter futuram dissensionem cavendam, cum suis fidelibus decreverunt praeceptum confirmationis illis scribere, ut annis singulis, partibus eiusdem sedis abbates ipsius monasterii sancti Galli unciam auri et caballum unum, libram unam valentem, persolverent, et ecclesiam sancti Stephani extra muros civitatis constructam, quando necessitas fieret, proprio sumptu cooperirent, et nihil amplius episcopi eiusdem civitatis de rebus praescripti monasterii exigent, sed liceret eosdem monachos secure vivere, absque alicuius infestatione vel rerum suarum diminoratione. Quamvis vero praecepta antecessorum nostrorum nostra auctoritate confirmaremus, tamen a fidelibus nostris praescriptis comperimus, semper inter illos discordiam et dissensionem haberi. Quapropter petitionibus archicapellani Grimaldi abbatis, et monachis suis in hac petitione consentientibus, nec^a non et episcopo praefatę sedis et canonicis sibi subiectis adquiescentibus, hoc malum dissensionis poenitus per futura tempora extirpandum, secundum petitionem utriusque partis, placuit nobis et

^aSo liest MARQUARD HERRGOTT: Genealogia diplomatica Augustae gentis Habsburgicae, 3 Bde., Wien 1737, Bd. 2, Nr. 56, die Handschrift hat unrichtig *et* statt *nec*.

II

nostris fidelibus episcopis, abbatibus et comitibus, de rebus praefati monasterii aliquid conferre ad episcopatum: id est in comitatu Chazonis comitis, in pagello Suercenhuntare^b, in villa Muntinga, capellam unam et quicquid ad ipsam villam pertinet, id est ipsam villam, et in Stetiheim, Stiutzringa, et Heiginga, et Uuiltzinga¹ cum mancipiis utriusque sexus numero centum quinquaginta sex; et in comitatu Ruadolti comitis palacii, in pagello Affa, in villa Antoluinga, quicquid haberi visi sunt cum mancipiis utriusque sexus numero quadraginta quatuor; et in comitatu Ōdalrici comitis, in pagello Goldineshuntare^c, in villa Heriprehtinga, hobam unam cum mancipiis ibidem manentibus; et in comitatu Utonis comitis, in pagello Perahtoltespara, in villa Paldinga², capellam unam cum terra salica, et hobas vestitas quinque cum mancipiis ad eas pertinentibus. Has itaque res superius denominatas, cum ecclesiis, domibus coeterisque ēdificiis desuper positis, mancipiis, terris cultis et incultis, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, adiacentiis, perviis, exitibus et regressibus, quęsitis et inquirendis, vel quantumcumque ad ipsa loca supradicta aspicere videtur, totum et integrum ad iam dictam sedem conferre et dare omnibus fidelibus nostris complacuit. Quorum petitionibus ob divinum amorem libenter aurem accomodavimus, ut propter hanc donationem, ab illa sede episcopali monasterium supra nominatum poenitus ab omni censu et ab omni servitio absolvatur, et nullis temporibus, amodo et deinceps per futura tempora, ullam inquietudinem aut molestiam ab episcopo vel successoribus illius patiatur, nisi sicut coetera monasteria canonica auctoritate episcopis subiecta sunt. Preterea comperimus, quod tempore quando episcopatus et monasterium simul continebantur, in quibusdam locis censati homines terras quasdam, quas cum censu ad episcopatum proservire deberent, ad iam dictum monasterium sua sponte tradidissent, et in hoc magna discordia et dissensio inter illos semper erat; sed [ad] hanc dissensionem poenitus abrumpendam dedit praedictus abba et fratres, quicquid habuerunt in Bischoffeshori^d ex traditione Reginfridi presbiteri, et in pago Arbonensi, in villa Puocha^e, hobam unam, quam Poso illuc tradidit; ita ut deinceps, quod illud monasterium modo in sua potestate et vestitura habere videtur, absque

^bVgl. MARQUARD HERRGOTT: Genealogia diplomatica Augustae gentis Habsburgicae, 3 Bde., Wien 1737, Bd. 2, Nr. 56: *Suercenhuntare*.

^cSo liest MARQUARD HERRGOTT: Genealogia diplomatica Augustae gentis Habsburgicae, 3 Bde., Wien 1737, Bd. 2, Nr. 56, die Handschrift hat unrichtig *Goldineshuntinare*.

^dVgl. MARQUARD HERRGOTT: Genealogia diplomatica Augustae gentis Habsburgicae, 3 Bde., Wien 1737, Bd. 2, Nr. 56: *Bischoffeshovi*.

^eDie Handschrift hat *puoha* mit einem *c* oder *e* über dem *o*.

¹Ober- bzw. Unterwilzingen, Ehingen (Donau), UL.

²Ober- bzw. Unterbaldingen, Bad Dürkheim, VS.

III

ullius inquietudine seu repetitione, secure possideat, nec amplius tempore succedente ad partem monasterii usurpare praesumant aliquid de illa terra, ad illam sedem episcopalem censata, ut in utraque parte pax et concordia sine ullius contradictione semper habeatur. Haec omnia per auctoritatem nostrę confirmationis circa utraque loca decernimus, atque iubemus, ut sicut utrisque partibus et nostris fidelibus complacuit, pleniter omni tempore absque alicuius infestatione aut contrarietate, Domino annuente, perpetuo inconvulsum permaneat; sed liceat memorato episcopo suisque successoribus, res ei a praefato monasterio collatas cum omnibus ad eas respicientibus secure habere. Similiter iam dicto abbati et fratribus sibi subiectis et successoribus eorum, res monasterii sui absque ulla inquietudine libere possidere, et quieto ordine utrosque libeat pro nobis ac coniuge proleque nostra atque totius regni a deo nobis conlati stabilitate divinam exorare clementiam. Hęc vero auctoritas ut per diuturna tempora inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria nostra subter eam firmavimus, et anuli nostri impressione adsignari iussimus. Signum domni (*Monogramm*) Hludouuici serenissimi regis. Comeatus notarius ad vicem Grimaldi recognovi.

 Data XI. kalendas Augusti, anno, Christo propitio, XXI. regni domni Hludouuici gloriosissimi regis in orientali Francia, indictione II. Actum Hulmam palatio regio, in dei nomine feliciter. Amen.

Der Textabdruck folgt einer in Urkundenform geschriebenen, möglicherweise gleichzeitigen Pergamenthandschrift des Stiftsarchivs St. Gallen, mit der gleich alten Aufschrift: *Lvdovvici regis de pacto monasterii et episcopii exemplar.*

 Das Original, dass man bei Abdruck der Urkunde verloren meinte, hat sich einer nachträglichen Mitteilung des Stiftsarchivars Wegelin in St. Gallen dort wieder gefunden. Das Siegel ist gut erhalten. Im Original findet sich vermutlich am Schlusse „*Locus sigilli appressi*“, während in der hier verwendeten Handschrift für Rekonstitutionszeichen und Siegel nur Raum offen gelassen worden ist. Auch fehlen hier in der Unterschrift des Notars die Worte *et subscripsi*. Die Urkunde ist als echt anzusehen.

 Der Abdruck bei MARQUARD HERRGOTT: *Genealogia diplomatica Augustae gentis Habsburgicae*, 3 Bde., Wien 1737, Bd. 2, Nr. 56, ist nach der Randbemerkung „*ex autographo Archivi San Gallensis Classi I. Cista III.*“ und weicht in einigen Stellen, wovon die wesentlichen unten bemerkt sind, von dem oben gegebenen Texte ab. Hin und wieder scheint indessen der Abdruck bei Herrgott nicht ganz genau. Die bei LUDOVICO ANTONIO MURATORI: *Antiquitates Italicae medii aevi, sive dissertationes de moribus, ritibus, religione, regimine, magistratibus, legibus [...] aliisque faciem & mores Italici populi referentibus [...]*, 6 Bde., Mailand 1738-42 [ND Bologna 1965, Bd. 5, S. 959, abgedruckte Urkunde König Ludwigs für St. Gallen vom gleichen Datum ist mit der obigen Urkunde nicht

IV

identisch, wie Neugart und andere annehmen, sondern weicht davon entschieden ab.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen A.4 A.4

Überlieferung und Textkritik:

Eine in Urkundenform geschriebene Pergamenthandschrift.

Editionen:

MARQUARD HERRGOTT: *Genealogia diplomatica Augustae gentis Habsburgicae*, 3 Bde., Wien 1737, Bd. 2, Nr. 56. Neugart: *Codex diplomaticus*, Bd. 1, Nr. 356 (Auszug). MGH DD LD / Kn / LJ, S. 96–99, Nr. 69b HERMANN WARTMANN (BEARB.): *Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen*, 4 Bde., Zürich und St. Gallen 1863–1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], Bd. 2, Nr. 433, S. 50 ff.

Regesten:

Regesta Imperii Abt. 1, S. 593, Nr. 1410.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ulm

Ortsindex:

Altsteußlingen Wohnplatz (16761)
 Altsteußlingen, Ehingen (Donau), UL
 Andelfingen Wohnplatz (17334)
 Andelfingen, Langenenslingen, BC
 Apphagau
 Arbongau
 Bertholdsbaar
 Buch, Egnach, Kt. Thurgau, Schweiz
 Goldineshuntare
 Hayingen Wohnplatz (15868)
 Hayingen, RT
 Herbertingen Wohnplatz (21066)
 Herbertingen, SIG
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Mundingen Wohnplatz (16786)
 Mundingen, Ehingen (Donau), UL
 Oberbaldingen Wohnplatz (12838)
 Oberbaldingen, Bad Dürnheim, VS
 Oberwilzingen Wohnplatz (15875)
 Oberwilzingen, Hayingen, RT
 Schwerzenhuntare
 St. Gallen,

Kt. St. Gallen, Schweiz
 Stetten Wohnplatz (16794)
 Stetten,
Ehingen (Donau), UL
 Ulm UL
 Ulm Gemeinde (16620)

Unterbaldingen Wohnplatz (12841)
 Unterbaldingen, Bad Dür-
rheim, VS
 Unterwilzingen Wohnplatz (16796)
 Unterwilzingen,
Ehingen (Donau), UL